

II

22

aperto & leui: cui Cosmus & si uir est grauissimus: tamē ut audio: nequaquā audet aduersari. Ego autē neutram pendeo in partē. Aequē oibus morē gero: Illudq; Ciceronis studiosissime tueor: non oportere pegrinū in aliena republica esse curiosum. Ceterū qm̄ in nauī obnoxia naufragio nemo potest tuto nauigare: ego hinc q̄libentissime abfuerim. Duo in Italia loca sunt: quorū alterutrū nō inuit⁹ optare: Mediolanū & Romana curia: siue em̄ apud pontificē maximū: siue apud inclytū ducē Philippū mariā honestus mihi daretur locus: eū nō modō nō reijcerē: sed ceteris oibus iucundissime praeferrē atq; amplecterer. Tenes tu pater reuerēdissime & studia mea oīa & cōsiliū & uolūtate. Quautum mihi prodesse possis: nō sum ignar⁹. Quātum etiā uelis: iā pridē expert⁹ sum. Quae cū ita sint: clamētia tuā rogo etiā atq; etiā: orōq; ut huic meo desiderio cōsulas. Quicquid ipse de me statueris: indubitato psequar. Operāq; dabo: ut tua de me opinio te nunquā fallat. Nā neq; fidei unquā deero neq; industriā neq; diligētia. Valeat q̄diutissime integritas sanctimoniac; tua pater clementissime: Tibiq; certo psuade me ita esse in potestate tua: ut omnia de me tibi polliceri quaeas. Ex Florentia. x. kal. Octobres. Anno a natali christiano. M. cccc. xxxij.

Franciscus Philelfus: Thome Sarganensi: sal.

u Tuis me humanissimis monuisti litteris: scripsi ad reuerendissimū cōem patrē Cardinālē tuū: imo meū: imo nostrū: quacūq; honeste tutoq; scribi a me poterant. Sed tecum loquar apertius: quae tu pro nostra uetere summaq; amicitia itaq; accipies: tractabisq; ut magis in rē meam conductura iudicabis. Nemo Florentia fuit unquā: ut publice oēs praedicant: in quo uno ita: ut in me uniuersa ciuitas conquiesceret. Omnium in me oculi & sermones cōuersi sunt. Omnes me magniducunt. Omnes laudibus tollunt ad caelum. Nemo est neq; ex praestantioribus ciuib⁹ neq; ex ipsa plebe: qui non mihi gratificetur omnia. At ipse quo uideor beatior: eo mihi metuo magis. Quod ut mihi accidat: duo sunt in causa: tum ipsa inter se ciuium seditio: quae & maxima est & periculosissima: ut ex meis ad